



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

30. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interficit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eo qui hominem publicam pœnitentiam agentem interficit. *Ex Capitularium*

lib. III. cap. XVII.

XXX. Qui hominem publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum nostrum in triplo componat, & vveregildum proximis eius persolvat.

Lib. 4. Capitular. c. 18.
Vide infra c. 190. hujus libri.

De eo qui hominem in Ecclesia interficit.

XXXI. Si quis aut ex levi causa aut sine causa hominem in Ecclesia interfecerit, de vita componat. Si verò rixati foris fuerint, & unus alterum in Ecclesiam fugerit, & ibi se defendendo eum interfecerit, & si hujus facti testes non habuerit, cum duodecim testibus juret legitimis se defendendo eum interfecisse, & post hæc solidos sexcentos ad partem Ecclesie, quam illo homicidio polluerat, & insuper bannum nostrum solvere cogatur. Is verò qui interfectus est, absque compositione jaceat. ac deinde interfector secundum judicium canonicum congruam facinori quod admisit pœnitentiam accipiat. Si proprius servus hoc commiserit, judicio aquæ ferventis examinetur utrum hoc sponte an se defendendo fecisset; & si manus ejus exusta fuerit, interficiatur; si autem non fuerit, dominus ejus, juxta quod vveregildum illius est, ad Ecclesiam persolvat; aut, si voluerit, eum eidem Ecclesie tradat. De ecclesiastico & fiscalino & beneficiario volumus ut pro una vice vvirigildum pro eo componatur, altera vice servus ad supplicium tradatur. Hereditas tamen liberi

Lib. 4. Capitular. c. 13.
Lib. 1. Leg. Longob. tit. 9. 2. 29. 30. 35. & seq.